



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Quæstiones, Qvæ Dispvatæ Dicvntvr, & Quæstiones
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Vtrum in mente sit imago Trinitatis secundum quod materialia cognoscit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72780)

gnoscit quādā cognitione vniuersali cognoscēdo
utilitatē illi? scē, vel visu vel quocūq; alio modo.

AD QVINTVM dicendum, quod secundum hoc
intelligenda est anima seipsam formare, quod per
actionem intellectus agētis formæ intelligibiles fa-
ctæ intellectum possibilem formāt, ut dictum est. Et
secundum hoc vis imaginatiua pot̄ formare diuer-
sorum sensibiliū formas, quod p̄cipue apparet dū
imaginamur ea, quæ nunquam sensu percepimus.

D. 192. AD SEXTVM dicendum, quod d̄ prima principia,
quorum cognitio est nobis innata, sunt quædam
similitudines increatæ veritatis: unde secundum quæ
p̄ eas de alijs iudicamus, dicimus iudicare de rebus
p̄ rōnes immutabiles uel veritatem increatā: hoc
tamen quod Aug. ibi dicit, referendum est ad rōnē
superiorem, quæ a æternis contemplandis inhæret.

D. 193. Quæ quidem quāuis sit dignitate prior, est tamen
operatio eius posterior, quia inuisibilia Dei per ea,
quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur. Roma. 1.

AD SEPTIMVM dicendum, q̄ in receptione qua
intellectus possibilis spēs rerū accipit a phantasmata-
tibus se habet phantasmata, ut agēs instrumentale, &
secundarium: intellectus uero agēs, ut agēs princi-
pale, & primum. Et ideo actionis effectus relinquitur
in intellectu possibili secundū conditionē utriusq;,
& non secundum conditionem alterius tantum: &
ideo intellectus possibilis recipit formas, ut intelli-
gibiles adu, ex virtute intellectus agentis, sed ut si-
militudines determinatarum rerum ex cognitione
phantasmatum. Et sic formæ intelligibiles in actu
non sunt per se existentes, neque in phantasia, neq;
in intellectu agente, sed solū in intellectu possibili.

AD OCTAVM dicendum, quod quāuis intelle-
ctus possibilis sit simpliciter nobilior, quam phan-
tasma, tamen secundum quid nihil prohibet phan-
tasma nobilius esse, in quantum scilicet phantasma
est actu similitudo talis rei, quod intellectui possi-
bili non conuenit, nisi in potentia. Et sic quodam-
modo potest agere in intellectum possibilem uir-
tute luminis intellectus agētis, sicut & color potest
agere in visum uirtute luminis corporalis.

AD NONVM dicendum, quod quies in qua perficitur
scientia, excludit motum naturalium passio-
num. nō autem motum, & passionem communi-
ter acceptam, secundum quod quodlibet recipere
pati dicitur, & moueri, sicut etiā Philosophus dicit
in 3. de Anima: quod intelligere est quoddam pati.

C6.12.22.

ARTICVLVS VII.

*Vtrum in mente sit imago Trinitatis, secundum quod
materialia cognoscit, uel solum secundum
quod cognoscit æterna.*

3. p. 9. 95. ar-
tic. 8.

Cap. 4. circa
prin. 10. 3.

SEPTIMO queritur, vtrum in mente sit imago Tri-
nitatis, secundum quod materialia cognoscit, **K**
non solum secundum quod cognoscit æterna. Et
v̄ quod sic: quia, ut dicit Aug. 12. de Trin. cum qua-
rimus trinitatem in anima, in tota querimus, non
separantes actionem rationalem in temporalibus a
contemplatione æternorum: sed mens non est ad
imaginem, nisi secundum quod in ea Trinitas inue-
nitur. ergo mens est ad imaginem non solum s̄m
quod inhæret rationibus æternis contemplandis,
sed i secundum quod inhæret temporalibus agēdis.

¶ 2. Præt. Imago Trinitatis in anima cōsideratur in-
quantum in ea representatur æqualitas personarū,

& earum origo: sed magis æqualitas personarum
representatur in mente s̄m quod cognoscit tem-
poralia quam secundum, quod cognoscit æterna,
cum æterna in infinitum excedat mentem, mens
autem non in infinitum temporalia excedit, ergo
etiam personarum manifestatur in cognitione tem-
poralium, sicut & in cognitione æternorum, quia
utrobique ex mente procedit notitia, & ex nota
amor. ergo imago Trinitatis non solum, &c.

¶ 3. Præt. Similitudo est in potentia diligendi: sed
imago in potētia cognoscēdi, sicut habet 2. Sē. 2.
distin. sed mens nostra prius cognoscit materialia,
quā æterna, cū ex materialibus in æterna perueniat,
& perfectius, cum temporalia cōprehendit, non æter-
na. ergo imago magis est in mente, secundum
quod comparatur ad temporalia, &c.

¶ 4. Præt. Imago Trinitatis inuenitur in anima quodam-
modo s̄m potētia, ut supra dictum est: sed potē-
tia indifferenter se habent ad omnia obiecta, ad q̄
potētia determinatur. ergo imago Trinitatis inuenitur
in mente respectu quorumlibet obiectorum.

¶ 5. Præt. Perfectius videtur illud, quod in seipso videtur,
quā quod videtur in sui similitudine: sed anima videt se-
ipsam in se, Deus autē non, nisi in similitudine in
actu videtur. ergo perfectius cognoscit seipsam quā Deus,
& ita magis attendenda est imago Trinitatis in anima
s̄m quod anima cognoscit seipsam quam secundum
quod cognoscit Deum, cum in nobis secundum illud
imago Trinitatis inueniatur, quod per se, scilicet
in nostra natura habemus, ut dicit Augustinus.

¶ 6. Præt. Secundum hoc, personarum æqualitas in
mente nostra representatur, quod memoria, intelli-
gentia, & voluntas tota, inuicem se capiunt, ut
patet per Aug. 10. de Trin. sed ista membra compre-
hensio non ostēderet earum æqualitatem, nisi quā-
tum ad omnia obiecta se comprehenderent, ergo
ratione omnium obiectorum imago Trinitatis in-
uenitur in potētia mentis.

¶ 7. Præt. Sicut imago est in potētia cognoscēdis,
ita charitas est in potētia diligendi: sed charitas nō
solum respicit Deum, sed etiam proximum. unde
& duplex ponitur actus charitatis, scilicet obiectio
Dei, & proximi. ergo & imago non solum est in
mente, secundum quod cognoscit Deum, sed etiam
secundum, quod cognoscit creaturas.

¶ 8. Præt. Potētia mētis in quibus consistit imago,
aliquibus habitibus perficitur, s̄m quas imago de-
formata dicitur reformari, & perfici: sed potētia
mētis non indiget habitibus s̄m quod comparatur
ad temporalia, quia habitus ad hoc sunt, ut secun-
dum eos potētia regulentur: in æternis autem erro-
ror non potest accidere, ut ibi regula opus sit, sed
solum in temporalibus. ergo &c.

¶ 9. Præt. Trinitas increata representatur in imago-
ne mētis, p̄cipue quātum ad consubstantialitatem
& æqualitatem: sed hec duo inueniuntur in potētia
sensitiua, quia sensibile, & sensus in actu efficiunt
vnum, & spēs sensibilis non recipitur a sensu, nisi se-
cundum suā capacitatem. ergo in potētia sensitiua
imago Trinitatis inuenitur: multo igitur magis
in mente secundum, quod temporalia cognoscit.

¶ 10. Præt. Metaphoricę locutiones s̄m aliquas
similitudines attenduntur, quia secundum Philoso-
phum oēs transferentes secundum aliquā similitu-
dinem transferunt: sed a quibusdam creaturis sen-
sibilibus magis sit transumptio in diuina per meta-
phoricę.

phoricas locutiones, quā etiam ab ipsā mēte, sicut A patet de radio solari per Diony. 4. cap. de Diuinis nominib. ergo creature sensibiles aliquę magis possunt dici ad imaginem, quam ipsa mens, & ita non videtur aliquid impedire quin mens secundū quod temporalia cognoscit ad imaginem sit.

¶ 11 Præ. Boetius dicit in lib. de Trinit. quod forme que sunt in materia, sunt imagines illarū rerū, que sunt sine materia: forme autem in materia existentes sunt forme sensibiles. ergo forme sensibiles sunt imagines ipsius Dei, & ita mens secundum, quod ea cognoscit, videtur ad imaginem Dei esse.

SED CONTRA, est quod Aug. dicit in 15. de Trinit. quod Trinitas, quæ in inferiori scientia inuenitur, licet ad interiorem hominem iam pertineat, nondum tamen imago Dei appellanda est, vel putanda. Inferior autē scientia est, secundum quod mens temporalia contēplatur, sic enim a sapientia æternorū distinguitur. ergo imago Trinitatis non attenditur in mente, secundum quod temporalia cognoscit.

¶ 12 Præ. Partes imaginis sicut ordinem debent tribus personis respondere: sed ordo personarum non inuenitur in mēte sicut quod temporalia cognoscit, in cognitione. n. temporalium intelligentia nō procedit ex memoria, ut verbum a patre, sed magis memoria ab intelligentia, quia ea quæ prius intelleximus, memoramus. ergo imago non consistit in mente, secundum quod temporalia cognoscit.

¶ 13 Præ. August. dicit 17. de Trinit. facta ista distributione mētis, quæ scilicet diuiditur in contēplationem æternorum, & actionem temporalium, in eo solo quod ad contēplationem pertinet æternorum, non solum Trinitas, sed etiam est imago Dei: in hoc autem quod deriuatum est in actione temporalium, si etiam Trinitas possit, non tamen imago Dei potest inueniri, & sic idem quod prius.

¶ 14 Præ. Imago Trinitatis semper existit in anima, nō autē cognitio rerū temporalium, cum per acquisitionem habeatur. ergo imago Trinitatis nō inuenitur in anima, sicut quod temporalia cognoscit.

RESPON. Dicendū, quod rationem imaginis similitudo perficit, non tamen quolibet similitudo ad rationem imaginis sufficiens inuenitur, sed expressissima similitudo, per quam aliquid representatur secundum rationem suā speciei. Et ideo, in corporalibus imagines rerum attenduntur magis secundum figuras, quæ sunt specierum propria signa, quam secundum colores, & alia accidentia. Inuenitur autem in anima nostra aliqua similitudo Trinitatis increatæ secundum quamlibet sui cognitionem, non solum mentis, sed etiam sensus, ut patet per August. 11. de Trinit. sed in illa tantum cognitione mētis imago Dei reperitur, sicut quam in mēte nostra expressior Dei similitudo inuenitur. Ut ergo cognitionem mentis secundū obiecta distinguamus, triplex cognitio in mente nostra inuenitur. Cognitio scilicet qua mens cognoscit Deum, & qua cognoscit seipsam, & qua cognoscit temporalia. In illa cognitione, qua mens temporalia cognoscit, nō inuenitur expressa similitudo Trinitatis increatæ, neque sicut conformacionem, quia res materiales sunt magis Deo dissimiles, quam ipsa mens. vnde per hoc quod mens earum scientia informatur, nō efficitur Deo magis conformis. similiter neque sicut analogiam, eo quod res temporalis, que sui notitiā parit in anima, vel intelligentiā actualem, non est eiusdem substantiæ cum mente, sed extra-

neum a natura eius, & sic non potest per hoc increata Trinitatis consubstantialitas representari. Sed in cognitione, qua mēs nostra cognoscit seipsam, est representatio Trinitatis increatæ secundum analogiā, in quā tum hoc modo mēs cognoscens seipsam verbū sui gignit, & ex utroque procedit amor, sic patet seipsam dicēs, verbum suum genuit ab æterno, & ex utroque procedit Spiritus sanctus. Sed in cognitione ipsa qua mens ipsum Deum cognoscit, mens ipsa Deo conformatur sicut oēs cognoscēs, in quantum huiusmodi assimilatur cognito. Maior autem est similitudo, quæ est per conformitatem, ut visus ad colorem, quam quæ est per analogiam, ut visus ad intellectum, qui similiter ad sua obiecta comparatur. vnde expressior similitudo Trinitatis est in mente secundum quod cognoscit Deum, quam secundum quod cognoscit seipsam. Et ideo proprie imago Trinitatis in mēte est, secundum quod cognoscit Deum primo & principaliter, sed quodammodo & secundario, & secundum quod cognoscit seipsam, & præcipue prout seipsam considerat, ut est imago Dei, ut sic eius consideratio nō sistat in se, sed procedat vsque ad Deum. In consideratione vero rerum temporalium nō inuenitur imago, sed similitudo quædam Trinitatis, quæ magis potest ad vestigium pertinere, sicut & similitudo, quam Aug. assignat in potentis sensitiuis.

AD PRIMUM dicendum, quod Trinitas quædam inuenitur in mente, secundum quod se extendit ad actionem temporalium, sed tamen illa Trinitas non dicitur imago increatæ Trinitatis, ut patet per ea, quæ ibidem August. subiungit.

AD SECUNDUM dicendum, quod æqualitas diuinarū personarum magis representatur in cognitione æternorum, quam temporalium. Non enim attendenda est æqualitas inter obiectum, & potentiam, sed inter unā potentiam, & aliam. Quis autē maior sit inæqualitas inter mentem nostrā & Deum, quā inter mentem nostram, & rem temporalem, tamen inter memoriam quam mēs nostra habet de Deo & actualem intelligentiā eius, & amorē, maior inuenitur æqualitas quam inter memoriam quam hēt de rebus temporalibus, & earum intelligentiā, & amorē. Ipse enim Deus per seipsum cognoscibilis est, & diligibilis: & ita in a mente vnus cuiusque; intelligitur & amatur, quantum mēti præsens est, cuius præsentia in mente ipsius memoria est in mente, & sic memoria quæ de ipso habetur, intelligentia, & sic memoria quæ de ipso habetur, intelligentia, & etiam voluntas siue amor adæquatur. Res autem materiales non sunt secundum se intelligibiles, & diligibiles: & ideo respectu earum talis æqualitas in mente non inuenitur, nec idē ordo originis, cū ex hoc nostra memoria præsentis sint, quod intellecta fuerint a nobis, & sic memoria ex intelligentiā oritur potius, quam e conuerso. cuius contrarium in mente creata accidit respectu ipsius Dei, ex cuius præsentia mens intellectualem lumen percipit, ut intelligere possit.

AD TERTIUM dicendum, quod cognitio quæ de rebus materialibus habemus, sit prior tempore illa notitia, quā habemus de Deo, tamē hæc est prior dignitate. Nec obstat quod materialia a nobis præsentius cognoscuntur, quā Deus: quia minima cognitio quæ de Deo haberi potest, superat omnem cognitionem quæ de creatura habetur. Nobilitas est scientiæ ex nobilitate sciti depēdet: ut patet in principio primi de Anima: vnde & in 9. de Animalibus Philosophus preponit modicam scientiam quam habemus

11. de Trin. c. 11. tom. 3.
11. de Trin. c. 11. tom. 3.
To. 1. & 11. de paribus animalium c. 5.
de

de cœlestibus rebus, omni sciētia, quam habemus de rebus inferioribus.

AD QVARTVM dicēdū, quod quis potētia se extendat ad oīa sua obiecta, tñ earum virtus pensatur ex vltimo in quod pñt, vt patet in 1. Cœli & Mūdi. Et iō id, quod ad maximā perfectiōnē pertinet potentiarum mētis, esse ad imaginē Dei, attribuitur ei respectu nobilissimi obiecti, quod est Deus.

AD QVINTVM dicendum, quod quāuis mens perfectius seipsam cognoscat quam Deum: tamen cognitio, quam habet de Deo, est nobilior, & per eam magis Deo cōformatur, vt dictum est, & ideo secundum ipsam magis est ad Dei imaginem.

AD SEXTVM dicendum, quod quāuis equalitas ad imaginem pertineat, quæ in mēte nostra inuenitur: non tamen oportet quod respectu omniū imago attendatur, respectu quorum aliqua equalitas inuenitur in ipsa, eo quod plura alia ad imaginem requiruntur. vnde ratio non sequitur.

AD SEPTIMVM dicendum, quod quāuis charitas, quæ imaginem perficit, respiciat proximum, non tamen sicut principale obiectum, cum eius principale obiectum sit solus Deus. In proximo enim nihil diligit charitas, nisi Deum.

AD OCTAVVM dicēdum, quod potētia imaginis aliquibus habitibus perficiuntur, secundum et quod cōparantur in Deum, sicut fide, spe, charitate, & sapientia, & alijs huiusmodi. Quāuis enim in ipsis æternis error nō inueniatur ex parte ipsorum, potētia incidere error nostro intellectui in cognitione eorum, difficultas enim in eis cognoscēdis accidit, nō ex eis, sed ex parte nostra, vt dicitur secundū Metaph.

AD NONVM dicendum, quod inter sensibile & sensum non inuenitur consubstantialitas, eo quod ipsum sensibile est extraneum a sensuum essentia, nec etiam inuenitur æqualitas, cum quandoq; non semper tantum videretur visibile quārum visibile est.

AD X. dicēdum, quod creaturæ aliquæ irrationales possunt quadā similitudine magis Deo similari, quam etiam rōnales, quantum ad causandi efficaciam: sicut patet de radio solari, quo oīa in inferioribus causantur, & renouantur. Et ex hoc conuenit eum diuina bonitate quæ oīa causat, ut dicit Dionysius: tamē secundum proprietates sibi inhærentes magis creatura rōnalis Deo est similis, quā creatura irrationalis quæcunq; hoc tamen quod a creaturis irrationalibus frequētius metaphoricæ locutiones transferuntur in Deum contingit in rōne dissimilitudinis, quia ut dicit Diony. c. 2. cœlestis hierarchie quæ sunt in vilioribus creaturis, ideo frequētius transferuntur in diuina, ut oīs errādī tollatur occasio. translatio. n. a creaturis nobilibus falsam estimatiōnē possit inducere, q̄ ea quæ metaphoricè dicentur, essent fm proprietatib; intelligenda, quod opinari nullus potest de ipsis vilioribus creaturis.

AD XI. dicēdum, quod Boetius formas materiales ponit eē imagines non Dei, sed formarū immaterialiū, i. rōnum idealium in mēte diuina existentium, a quibus secundum perfectā similitudinē oriuntur.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum mens seipsam per essentiam cognoscat, vel per aliquam speciem.

QVARTO quæritur, utrum mēs seipsam p essentiam cognoscat, aut per aliquam speciem. Et vi-

derur, quod per aliquam speciem: quia, vt Philosophus dicit in 3. de Anima, intellectus nihil intelligit sine phantasmate: sed ipsius essentia animæ nō potest accipi aliquod phantasma. ergo oportet quod per aliquam aliam speciem a phantasmate abstractam, mens nostra seipsam intelligat.

¶ 2 Præt. Ea quæ p sui essentia videntur, cognoscuntur certissime, & scilicet sine errore: sed de mente humana multi errauerunt, cū quidam dicerēt eam esse aerem, quidā ignem, & multa alia incepta de ea sentirent, ergo mens nō videt se per essentiam suā. Sed dicendum, quod mens per essentiam suam videt se esse: errare tamen potest inquirendo, q̄ dicitur. ¶ 3 Sed contra, scire aliquid per essentiam suam, est scire de eo quid est, cum essentia rei sit idem, quod quidditas eius. si igitur anima videt se per essentiam suam, quilibet sine errore sciet de anima sua quod est, quod manifeste patet esse falsum.

¶ 4 Præt. Anima nostra est forma cōmūta materie: sed oīs hmōi forma cognoscitur per abstractionē formæ a materia, & a materialibus cōditionib; ergo aia cognoscitur p aliquā speciem abstractam.

¶ 5 Præt. Intelligere nō est actus aīe tā unū sed cōiunctū, vt dicitur in 1. de Anima: sed omnis realis actus est cōis anima, & corpori: ergo oportet quod in intelligēdo semp sit aliquid ex parte corporis: sed hoc nō est si mēs seipsam p essentia videret, sine aliqua specie a corporeis sensibus abstracta, ergo &c.

¶ 6 Præt. Philosophus dicit in 3. de Anima, quod intellectus intelligit se sicut, & alia: sed alia intelligit non p essentia suā, sed per aliquas species ergo &c.

¶ 7 Præt. Potentia cognoscunt per actus, & actus p obiecta: sed essentia aīe non potest cognosci, nisi potētis eius cognitis, cū virtus rei cognoscere faciat rē ipsam: ergo oportet, quod essentia suā per actus suos, & spēs obiectorum suorum cognoscat.

¶ 8 Præt. Sicut se habet sensus ad sensibile, sic intellectus ad intelligibile: sed inter sensum, & sensibile requiritur quēdā distātia, ex quo prouenit, qd oculus seipsum videre nō potest, ergo & in intellectu si visione requiritur quādam distātia, vt nunquam se per essentiam suam possit intelligere.

¶ 9 Præt. Secundum Philosophum in 1. Poster. non est circulo demonstrare: quia sequeretur quod aliquid per seipsum notum fieret, & sic sequeretur, quod aliquid esset prius, & notius seipso, quod est impossibile: sed si mens seipsam per essentiam suā videt, erit idem, quod cognoscitur, & per quod cognoscitur, ergo sequitur idem in conueniens, vt aliquid sit prius, & notius seipso.

¶ 10 Præt. Diony. dicit 7. cap. de Diuinis nominibus, qd aia circulo quodam cognoscit existentiam veritatē: circulus autē motus est ab eodem in se: ergo vt quod anima a seipsa egrediens, intelligit se per res exteriores ad sui ipsius cognitionem rediāt, & sic non intelligit se per essentiam suam.

¶ 11 Præt. Manēte causā manet eius effectus, si quod mēs per essentiam suam se videret, propter hoc quod essentia sua sibi est presens, cum semper sit ei presens, semper eam videret: ergo cū impossibile sit immū plura intelligere, nunquam aliud intelligeret.

¶ 12 Præt. Posteriora sunt magis composita prioribus: sed intelligere est posterius quam esse: ergo in intelligentia animæ inuenitur maior compositio, quam in eius esse: sed anima non est idem, quod est, & quo est, ergo nec in ea est idem quo intelligit, & quod intelligitur, ergo &c.

C6.114.10.2

In corp. art.

Metaph. 1. 2. 3.

C6.1.10.3

Ca. 4. de diu. nomi. par. 1.

Parum ante mediū illius

In li. de Tri. ante mediū libri.

1. p. 97. artic. 1.